



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Decreta Pelagii. Ex Gratiano, Qvae Secvndo Tribvvtvr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

tecoste, quartam de Natali Domini, quintam de apparitione Domini, sextam de apostolis, septimam de sancta trinitate, octauam de cruce, nonam in ieiunio & quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana ecclesia. Has tenendas vobis mandamus.

NOTA.

* *Ordinem præfationum.*] De præfationibus meminere Concilium Mileuit. cap. 12. & Africanum cap. 70. Earum nouem, de quibus hic, auctor proditur Gelasius in libro pontificali. Decimam de beata Virgine edidit Vrbanus secundus, in Concilio Placentiæ habito, vt ait Gratianus ad d. 70. & alii.

DECRETA PELAGII.

EX GRATIANO, QUÆ SECUNDO TRIBVNTVR.

Pelagius papa Antoninæ patriciæ, & Deciæ.

16. q. 1. De
præsen-
tium.
luc p. 7.
cap. 23.

DE præsentium portitore, quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit: quia vere satis amarissimum habeo de isto proposito ad * illud officium *al. aliud* homines deduci, in quo nullo modo quæ a monachis Deo promissa sunt valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus, & istius officii diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, vt tales sint hi, qui vela nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasteriis crescunt, vt prouecta ætate, & vita probata non ad litigiorum officia, sed ad sacerdotium valeant promoueri.

PELAGIUS PAPA
FLORENTINO EPISCOPO.

Qui post mortem, &c.

Dist. 34.
Fraternita-
tis. Ancl. 1. 7.
c. 68. al. 73.
Poly. l. 2.
tit. 1.

FRATERNITATIS tuæ relatione suscepta, eius latorem secundas quidem nuptias, expertum non fuisse didicimus; castitatem tamen * eum priori non seruasse, con- *al. cupi* iugio designasti. Et quamuis multa sint quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis * aucto- ** al. subtilitatis* ritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, qui-